



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

tantur, ponitur in tex. in c. j. in §. j. & in §. idcirco. de notis feudorū. Circa quam reg. vide Alex. in consil. x. vol. iij. & in consil. lxxix. vol. j. Martin. de Silimanis in tract. de feudis, in rub. de inuestitura qualiter fiat, nu. 227.

Hanc reg. ampliat vno modo. & limitat tredecim modis Franc. Cur. iunior in tract. feudorum, in ij. par. in iij. q. a nu. 16. vsque ad num. 30.

REGVLA CCCXXVII.

FEVDVM pro anima vasallus relinquere non potest. Hanc regul. probat tex. in c. imperialem. ibi, vel pro anima iudicare. de prohib. feudi aliena. per Fede. & in c. j. in §. donare. quali. olim feudum alien. pot. & ibi Bal. & Alvaro. Ratio est: quia magnum preiudicium fieret domino superiori: quia postquam feudum esset semel incorporatum ecclesie, quæ nunquam moritur, nunquam esset spes quod feudum possit ad dominum reuerti: & ideo ecclesia quæ debet esse cultrix iustitie, nihil sinistri debet pati fieri, neque in se, nec in alium ita probat tex. in c. j. in §. Mediolanenses. vers. inde potest presumi de alienatio. feudi, in vsibus feudorum. Hanc etiam opi. sequitur Bal. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. Felin. in c. inter dilectos. nu. 10. de fide instr. Lud. Goz. in cōf. s. nu. 21. & in cōf. 4. nu. 8. Ale. in cōf. 30. nu. 3. vol. j. Bartho. Soc. in cō. 19. nu. 10. vol. j. Maria. Soc. iunior in consil. 76. nu. 46. vol. j. Roma. in sing. 533. Hanc etiam opi. tenet Abb. in c. quæ in ecclesiis, nu. 18. de constit. & hanc opin. ubi latissime eam examinat, & refert Doct. contrariam partem tenentes, tenet Cur. Iun. in tract. feud. in ij. par. q. penul. nu. 125. & circa hanc reg. vide supra in reg. xl. in vj. ampli.

Hanc reg. ampliat vno modo Ludo. Roma. in d. sing. 533. Eandem limitat quatuor modis & ampliat vnico modo Fel. in c. quæ in ecclesiis, nu. 65. vers. ceterum in quantum dictum est de constit. vsque ad nu. 77. Hanc etiam reg. limitat 7. modis, vbi notab. examinat Fran. Cur. Iun. in tract. feud. in iij. par. in d. pe. q. nu. 126.

REGVLA CCCXXVIII.

FIDEIUSSOR non possidens immobilia, potest recusari tanquam non idoneus. Hanc reg. probat tex. in l. ij. & in l. sciendum. ff. qui satisf. cog. gl. in Auth. de exhiben. reis, in §. suscepto. in verb. personali. collat. v. & in l. si quis stipulatus sit Stichum. in §. si quis stipulatus fuerit. ff. de verb. obli. Hanc opi. tenet Bal. in c. corā. nu. 8. de offi. deleg. Specu. in tit. de satisfatio. in §. dicto vers. sed si scholarius. Alex. in consil. clx. nu. 5. vol. v. & hanc dicit esse comm. opin. Bal. post Barb. ibi in d. l. sciendum. in prin. nu. 30.

Hanc reg. ampliat vnico modo, & limitat quatuor modis Hipp. in repe. Rub. ff. de fideiuss. a nu. 227. vsque ad nu. 241.

Regula